



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De obiecto contritionis. Quæstio 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

non dicitur in cor...
in cor...
limin...
ura...
ita: fun...
o dicit.

Ad primum ergo dicendum, quod non est simile
e fide, & contritione, vt dictum est*.

Ad secundum dicendum, quod remota priuatione
materia, quæ manet perfectione adueniente, forma
ur materia illa: sed dolor ille qui erat informis, non
manet charitate adueniente, & ideo formari non po-
est. Vel dicendum quod materia essentialiter non
habet originem à forma: sicut actus habet originem
Sed sibi habitu quo formatur. Vnde non est inconueniens
materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius
non informabatur. Sed hoc de actu est impossibile, si-
cut impossibile est, quod aliquid idem numero ori-
atur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res
semel tantum in esse producitur.

Ad tertium dicendum, quod materia essentialiter non
habet originem à forma: sicut actus habet originem
Sed sibi habitu quo formatur. Vnde non est inconueniens
materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius
non informabatur. Sed hoc de actu est impossibile, si-
cut impossibile est, quod aliquid idem numero ori-
atur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res
semel tantum in esse producitur.

QVÆST. II.

De contritionis obiecto, in sex articulos
diuisa.

Deinde considerandum est de obiecto contri-
tionis.

Circa quod queruntur sex.

Primo, vtrum debeat homo conteri de peccis?

Secundo, vtrum de peccato originali?

Tertio, vtrum de omni actuali commisso?

Quarto, vtrum de peccato actuali committendo?

Quinto, vtrum de peccato alieno?

Sexto, vtrum de singulis peccatis mortalibus?

ARTIC. I.

Vtrum homo debeat conteri de peccis, & non
solum de culpa?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod homo
debeat conteri de peccis, & non solum de cul-
pa. Augustinus* enim in libro de penitentia dicit,
Supplementum. C Nemo

* Tho. in
3. d. 27.
q. 2. art.
ult. q. 3.

in corp.
art.

4
Tho. ubi
sup. ar. 2.
q. 1. c.
1. q.
* lib. de
penit. c. 2
parum à
prin. to. 9

Nemo vitam aternam desiderat, nisi cum huius mortalis pœniteat. Sed mortalitas vitæ quædam pœna est. Ergo debet pœnitens etiam de peccato contreri.

In libro de vera & falsa pœni. c. 14 ant. med. 10. 4. & habetur de pœn. dif. 5. c. 1 cõsideret. Magister 4. sent. d. 16. §. 2. in med q. preced. ar. 1.

¶ 2 Præterea, Dicit Magister ex verbis Augustini quod pœnitens debet dolere ex hoc, quod virtutem se priuauit. Sed priuatio virtutis quædam pœna est. Ergo contritio est dolor etiam de pœnis.

SED contra, Nullus tenet illud, de quo dolere habet, pœnitens secundum suum nomen pœnam tenet. Ergo non dolet de pœna: & sic contritio, quæ est dolor pœnitentialis, non est de pœna.

RESPONDEO dicendum, quod contritio inuisionis est, ut dictum est *, alicuius duri & integri conuersum in malum. Hac autem integritas & duritia in peccato consistit in malo culpæ: quia voluntas, quæ est ipsius, non cedit in eo, qui male agit, in suis terminis statim morbo. præcepto legis cedit. Et ideo huius mali dissimilitudo contritio, contritio per similitudinem dicitur. Hæc autem virtutem similitudo non potest adaptari ad malum pœnæ, quia pœna simpliciter dicitur diminutio boni. Et ideo de malis pœnæ potest esse dolor, sed non, ut dicitur, contritio.

Ad primum ergo dicendum, quod pœnitens debet dolere de peccato secundum Augustinum, debet esse de hac mortalitate in nostra vita, non ratione ipsius mortalitatis, nisi pœnitentia nostra vult large dicatur omnis dolor: sed ratione peccati, quæ origo ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.

Ad secundum dicendum, quod ille dolor potest esse, quod quis dolet de amissione virtutis per peccatum, non de peccato. Ad primum est essentialiter ipsa contritio, sed est principium de peccato eius. Sicut enim aliquis mouetur ad appetendum bonum, quia ex hoc aliquid propter bonum, quod inde expectat: ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod non dicitur inde consequutus est.

A mali: &

Utrum contritio esse debeat de peccato originali?
D secundum sic proceditur. Videtur, quod contritio esse debeat de peccato originali. De peccato enim actuali conteri debemus non ratione actus, in quantum est ens quoddam, sed ratione deformitatis: quia actus secundum suam substantiam bonum quoddam est, & à Deo. Sed peccatum originale habet deformitatem, sicut & actuale. Ergo etiam de eo conteri debemus.

¶ 2 Præterea, Per peccatum originale homo fuit à Deo auersus: quia pœna eius erat carentia diuinæ visionis. Sed cuiuslibet debet displicere se fuisse à Deo conuersum. Ergo homo debet habere displicentiam à peccato originali, & sic debet de eo conteri.

SED contra, Medicina debet esse proportionata morbo. Sed peccatum originale sine nostra voluntate contractum est. Ergo non requiritur, quod per actum voluntatis, qui est contritio, ab ipso purgemur.

RESPONDEO dicendum, quod contritio est dolor, ut dictum est *, respiciens & quodammodo comminans voluntatis duritiam: & ideo solum de illis peccatis potest esse, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos proueniunt. Et quia peccatum originale nostra voluntate non est inductum, sed ex vitiatæ naturæ origine contractum: ideo de ipso non potest esse contritio, propriè loquendo, sed displicentia potest esse de eo, vel dolor.

Ad primum ergo dicendum, quod contritio non est de peccato, ratione substantiæ actus tantum, sed quia ex hoc non habet rationem mali: neque iterum ratione deformitatis tantum, quia deformitas de se non dicit rationem culpæ. Sed quandoque importat pœnam. Debet autem de peccato esse contritio, in quantum importat deformitatem ex actu voluntatis prouenientem: & hoc non est in peccato originali: & ideo de eo non est contritio.

C 2 Et

q. preced.
a. 1. q. 2.

Et similiter dicendum ad Secundum: quia voluntatis est illa cui debetur contritio.

ARTIC. III.

6 *Utrum de omni actuali peccato debeamus contriti.*

Conc. Tri-
dent pre-
citato lo-
co.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod non debemus contreri. Quia contraria contrarijs curantur. Sed quedam peccata per tristitiam committuntur, sicut acedia, & inuidia. Ergo medicina eorum debet esse tristitia, quæ est contritio, sed gaudium.

¶ 2 Præterea, Contritio est actus voluntatis, non potest esse de eo, quod cognitioni non subicitur. Sed quedam peccata sunt, quæ in cognitione non habentur, sicut oblita. Ergo de eis non potest esse contritio.

¶ 3 Præterea, Per voluntariam contritionem tolluntur illa, quæ per voluntatem committuntur. Ignorantia voluntarium tollit: ut patet per Philosophum 3. Ethic. Ergo de his quæ per ignorantiam accidunt non debet esse contritio.

cap. I.

¶ 4 Præterea, De illo peccato non debet esse contritio, quod per contritionem non tollitur. Quaedam peccata non tolluntur per contritionem, sicut venialia, quæ adhuc post contritionis gratiam manent. Ergo non de omnibus peccatis præterea debet esse contritio.

SED contra, Pœnitentia est medicina contra omnia peccata actualia. Sed pœnitentia non est aliquid, quorum non sit contritio, quæ est prima pars eius. Ergo & de omnibus peccatis debet esse contritio.

** q. præc.*
art. 1.

¶ Præterea, Nullum peccatum dimittitur, nisi quis iustificetur. Sed ad iustificationem requiritur contritio, ut prius dictum est. Ergo de quolibet peccato conteri oportet.

RESPONDEO dicendum, quod omnis actualis peccata ex hoc contingit, quod voluntas nostra legi non cedit: vel eam transgrediendo, vel omit-

el præter eam agendo . Et quia durum est quod ha-
 et potentiam, vt non facile pariatur ; & ideò in om-
 i actuali peccato duritia quædam est voluntatis :
 propter hoc si debeat peccatum curari, oportet quòd
 er contritionem comminuentem remittatur .
 Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut ex dictis
 atet*) contritio opponitur peccato ex parte illa
 ex electione voluntatis procedit , non sequentis
 imperium diuinæ legis . Non autem ex parte eius ;
 quòd est in peccato materiale : & hoc est illud super
 quòd cadit voluntatis electio . Cadit autem volun-
 tatis electio non solum super actus aliarum virium ,
 sed etiam super actum proprium ipsius voluntatis . Voluntas enim
 vult se velle aliquid : & sic electio voluntatis cadit
 super dolorem illum siue tristitiam, quæ inuenitur in
 peccato inuidiæ & huiusmodi : siue dolor ille sit in
 sensu , siue in ipsa voluntate . Et ideò illis peccatis
 contritionis dolor opponitur .

Ad secundum dicendum , quòd obliuio de aliquo
 potest esse dupliciter . Aut ita quòd totaliter à me-
 moria exciderit , & tunc non potest aliquis illud in-
 quirere : aut ita quòd partim à memoria exciderit ,
 partim maneat : sicut cum recolo me aliquid au-
 tuisse in generali , sed nescio quid in speciali : &
 tunc requiro in memoria ad recognoscendum . Et se-
 cundum hoc etiam aliquod peccatum potest esse
 oblitum dupliciter : aut ita quòd in generali in me-
 moria maneat, sed non in speciali . Et tunc debet co-
 gitare homo ad inueniendum peccatum : quia de
 quolibet peccato mortali tenetur homo specialiter
 confiteri . Si autem inuenire non possit, iusta adhi-
 bita diligentia, sufficit de eo conteri secundum quòd
 in notitia tenetur : & debet homo non solum de pec-
 cato , sed de obliuione eius dolere , quæ ex negli-
 gentia contigit . Si autem peccatum omnino à me-
 moria exciderit, tunc ex impotentia faciendi ex-
 usatur à debito ; & sufficit generalis contritio de

*in corp.
 art. et q.
 prac. ad
 1.*



omni eo, in quo Deum offendit. Sed quando potentia tollitur, sicut cum ad memoriam reuocatur peccatum; tunc tenetur homo specialiter conteri, sicut etiam pauper, qui non potest soluere debet, excusatur, & tamen tenetur cum primis conteri.

Ad tertium dicendum, quod si ignorantia voluntatem tolleret male agendi, excusaret, & non esset peccatum. Sed quandoque non totaliter voluntatem: & tunc à toto non excusatur, sed à parte, & ideò de peccato per ignorantiam commissò homo conteri.

* in 3. p.

q. 87. a. 1

Th. in

4. dis. 16.

q. 1. a. 2.

q. 4. & q.

2. art. 2.

q. 2.

7

* Cap. 2.

Simile

quid ha-

betur in

Easil. in

ca. med.

lib. de S.

Virg. n.

expl. at

illud 1.

Thim. 5.

Quorum

dam, etc.

Ad quartum dicendum, quod post contritionem de mortali, potest remanere veniale, sed non contritionem de veniali. Et ideò de veniali etiam debet esse contritio eo modo quo & peccata: sicut supra dictum est.

ARTIC. IV.

Virum de peccatis futuris aliquis debeat conteri.
AD quartum sic proceditur. Videtur, quod de peccatis futuris aliquis debeat conteri. Contritio enim est actus liberi arbitrij. Sed liberum arbitrium magis se extendit ad futura, quam ad preterita: quia electio, quæ est actus liberi arbitrij, de contingentibus futuris, ut dicitur in 3. Ethicorum: sicut magis est de peccatis futuris quam de preteritis.

¶ 2. Præterea, Peccatum aggravatur ex contritionis effectū. Vnde Hieronymus dicit*, quod contra Arium nondum est determinata: quia adhuc est obiectum sibi aliquos per eius hæresim corrumpere, quibus liberum arbitrium eius pœna augetur: & similiter est de peccato, qui iudicatur homicida, si lethaliter percusserit, vero antequam percussus moriatur. Sed in illo interuentum medio debet peccator conteri de peccato. Ergo non solum, secundum quod habet quantitatem ex preterito actu, sed etiam secundum quod habet quantitatem ex futuro: & sic contritio respicit futurum.

SED

SED contra, Contritio est pars penitentiae. Sed penitentia semper respicit praeterita. Ergo & contritio; & sic non est de peccato futuro.

RESPONDEO dicendum, quod in omnibus mobilibus & mobilibus ordinis ita est, quod motor inferior habet motum proprium; & praeter hoc sequitur in aliquo motum superioris motoris: sicut patet in motu planetarum, qui praeter motum proprios sequuntur motum primi orbis. In omnibus autem virtutibus moralibus primus motor est ipsa prudentia, quae dicitur auriga virtutum: & ideo qualiter virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu prudentiae: & ideo cum penitentia sit quaedam virtus moralis, (quia est pars iustitiae) cum actu proprio consequitur prudentiae motum. Proprius autem actus eius est in obiectum proprium, quod est peccatum commissum: & ideo actus eius proprius est principalis, scilicet contritio, secundum suam speciem respicit tantum peccatum praeteritum: sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundum quod habet aliquid de actu prudentiae adiunctum: & tamen in illud futurum secundum rationem propriae speciei non movetur. Et propter hoc ille, qui contritio, dolet de peccato praeterito, & cauet futurum. Sed non dicitur esse contritio de peccato futuro: sed magis cautio, quae est pars prudentiae, contritioni adiuncta.

Ad primum ergo dicendum, quod liberum arbitrium dicitur esse de contingentibus futuris, secundum quod est de actibus, sed non secundum quod est de obiectis actuum: quia homo potest cogitare ex libero arbitrio de rebus praeteritis & necessariis. Sed tamen ipse actus cogitationis, secundum quod sub libero arbitrio cadit, contingens futurum est: & sic etiam actus contritionis contingens futurum est, secundum quod sub libero arbitrio cadit: sed obiectum eius potest esse praeteritum.

Ad secundum dicendum, quod ille effectus consequens,

C 4

sequens,

sequens, qui peccatum aggrauat, iam in actu est p[er]fectus
cessit velut in causa. Et ideo quando commissum Ad
totam suam quantitatem habuit, & ex effectu rum de
sequente non accrescit ei aliquid quoad culpa eis con
tionem: quamuis accrescat quoad p[en]nam acci prater
talem, secundum quod plures habebit rationes
lendi in inferno de pluribus malis ex suo pecc
consecutis. Et sic loquitur Hieronymus *. Vnde
oportet, quod contritio sit nisi de peccatis p[er]
ritis.

verba ci-
tantur in
arg. 2.

ARTIC. V.

Virum homo debeat conteri de peccato alieno in infla

8

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod ho peccat
debeat conteri de peccato alieno. Non tritio c
petit aliquis indulgentiam, nisi de peccato, de ¶ 2
contritus est. Sed de peccatis alienis indulgensecund
petitur in Psal. 18. Ab alienis parce seruo tuo. Ereatu
debet homo conteri de peccatis alienis. requiri

¶ 2 Præterea, Homo ex charitate debet diligeconuer
proximum sicut seipsum. Sed propter dilectio tritio.
sui, & de malis suis dolet, & bona desiderat. ¶ 2
cum teneamur proximo desiderare bona gratia sua actu
& nobis, videtur quod debeamus de peccatis Sed vn
dolere, sicut & de nostris. Sed contritio nihilie. Er
aliud, quam dolor de peccatis. Ergo debet hocata m
conteri de peccatis alienis. SED

SED contra, Contritio est actus p[en]itentia vi medici
tis. Sed nullum p[en]itet nisi de his, quæ ipse fecaneun
Ergo nullus conteritur de peccatis alienis. cina fir

RESPONDEO dicendum, quod illud idem t[er]m[in]e vna
teritur, quod prius durum & integrum fuit. V ¶ P
oportet quod contritio de peccato sit in eodem, nem. S
quo peccati duritia præcessit: & sic de alienis pri. Erg
satis non est contritio. RES

Ad primum ergo dicendum, quod ab alio duplici
peccatis sibi parci Propheta precatur, in quancipium
ex consortio peccatorum aliquis per consensumpium
aliquam immunditiam contrahit: sicut scriptu de pec
ca

est Psalm. 17. Cum peruerso peruerteris.
Ad secundum dicendum, quod de peccatis alio-
rum dolere debemus, non tamen oportet, quod de
eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato
præterito est contritio, ut ex dictis patet.

*in co. ar.
& ar. 2.
huius q.*

ARTIC. VI.

*Utrum de singulis peccatis mortalibus requi-
ratur contritio?*

9

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod non
requiratur de singulis peccatis mortalibus con-
tritio. Est enim motus contritionis in iustificatione
instanti. Sed in instanti non potest homo singula
peccata recogitare. Ergo non oportet quod sit con-
tritio de singulis peccatis.

¶ 2 Præterea, Contritio debet esse de peccatis,
secundum quod auertunt à Deo: quia conuersio ad
Deum. Creaturam sine auersione à Deo, contritionem non
requirit. Sed omnia peccata mortalia in auersione
conueniunt. Ergo contra omnia sufficit vna con-
tritio.

¶ 2 Præterea, Plus conueniunt peccata morta-
lia actualia adinuicem, quam actualia & originale.
Sed vnus baptisimus delet omnia actualia, & origina-
nabile. Ergo vna contritio generalis delet omnia pec-
cata mortalia.

SED contra, Diuersorum morborum diuersa sunt
remedia: quia non sanat oculos, quod sanat cal-
pse fecaneum: ut dicit Hieron. * Sed contritio est medi-
cina singularis contra vnum mortale. Ergo non suffi-
ciunt vna communis de omnibus.

*super il-
lud Mar.
9. Hoc ge-
nus dz-
moniorū
nō eijci-
tur, &c.
tom. 9.*

¶ Præterea, Contritio explicatur per confessio-
nem. Sed oportet singula peccata mortalia confite-
ri. Ergo & de singulis conteri.

RESPONDEO dicendum, quod contritio potest
alio dupliciter considerari: scilicet quantum ad sui prin-
cipium, & quantum ad terminum. Et dico prin-
cipium contritionis cogitationem, qua quis cogitat
de peccato, & dolet, & si non dolore contritionis,
saltem

saltem dolore attritionis. Terminus autem contritionis est, quando dolor ille iam gratia informatur. Et tunc ergo ad principium contritionis, oportet quod sit de singulis peccatis, quæ quis in memoria habet. Sed quantum ad terminum, sufficit quod sit vna communis de omnibus: tunc enim ille motus agit in omnium dispositionum præcedentium.

Et per hoc patet responsio Ad Primum.

Ad secundum dicendum, quod quamuis omnia peccata mortalia conueniant in auersione: tamen differunt in causa & modo auersionis, & quantitate egrationis à Deo: & hoc est secundum diuersitatem conuersionis.

Ad tertium dicendum, quod baptismus agit in virtute meriti Christi, qui habuit infinitam virtutem delendum omnia peccata: & propterea vnus sufficit contra omnia peccata. Sed in contritione cum merito Christi requiritur actus noster: & ideo oportet quod singulis peccatis respondeat sigillatim, cum habeat infinitam virtutem ad contritionem. Verum dicendum quod baptismus est spiritualis generatio penitentia quantum ad contritionem, & alias virtutes, est spiritualis quædam sanatio per modum quædam alterationis. Patet autem in generatione corporali alicuius, quæ est cum corruptione, quod vna generatione remouentur omnia accidentia contrarietate rei generata, quæ erant accidentia rei corruptæ: in alteratione remouetur tantum vnum accidenti contrarium, ad quod terminatur alteratio. Similiter vnus baptismus simul delet omnia peccata nouam vitam inducendo: sed penitentia non delet omnia peccata, nisi ad singula feratur. Et ideo oportet de singulis conteri & confiteri.

QVÆST. III.

De quantitate contritionis, in tres articulos diuisum.

Deinde considerandum est de quantitate contritionis.

¶ Circa quod quaruntur tria.

¶ Primo